Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26469
Copyright: Admont, Benediktinerstift



INCIPIT PASSIO SCE BARBARE. I.

MR XPI. II. NONAS DECEMBRIS.

TEMPORIBVS IMPERATORIS
MAXIMIANI. erat quidam satrapa nomine dioscorus diues ualde. paganus uero existens. et colens idola.
Hic habuit filiam unicam nomine BARBARAM. Fecit autem
pater eius turrim sublimem. ibique reclusit eam. ita ut
non uideretur ab hominibus propter eminentem pul
chritudinem eius. Locuti sunt uero quidam de optimati
bus patri eius de ea. ut nurum sibi acciperent. Ipse
uero accedens interim. persuadebat ei dicens. Filia me
a. quidam de potentibus commemorati sunt de te. ut ac
cipiant te in coniugio. Dic ergo. quid uelis de hoc. Ip
sa uero intuita. cum ira dixit. Ne cogas me hoc agere
pater. At uero ipse secessit ab ea. et descendens perma
nebat in eo. quod condebatur ab eo lauatorium. Instituerat
enim multitudinem artificum. quatinus hoc cito
perficeretur. et instituens quomodo debuit fieri. et
tribuens singulis propriam mercedem. profectus est in regionem
longinquam. faciens ibidem tempus non modicum. Descen
dens uero famula dei BARBARA. de turri uidere opus quod
factum est. uidit contra septentrionem duas solummodo
fenestras superastantes. et dicit artificibus. Quare du
as fenestras instituistis. Dicunt ei. Pater tuus sic nobis
disposuit. Dicit eis BARBARA. Facite. et instituite mihi et aliam
uam fenestram. Ipsi uero dicunt ei. Timemus domina. ne
quando indignabitur pater tuus ad uersum nos. et non possu